

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Schnobel

**Programma Quo Rector Universitatis Joachimus Schnobelius, I.U.D. & Professor
Ad Exequias, Quae Matronae Honestissimae Annae Tancken/ Dn. Joachimi
Schlorffs/ Civis quondam ... relictæ Viduae, Hodie ... parabuntur, Omnes omnium
ordinum Cives Academicos perhumaniter invitat : [P.P. Rostochii XXI. Martii
Anno M.DC.XLIX.]**

Rostochii: Kilus, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776806653>

Druck Freier  Zugang



Schnobel, J.

in A. Tancke
viduam J. Schlorff.
Rostock 1649.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776806653/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776806653/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776806653/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776806653/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776806653/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776806653/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
 Quo
 RECTOR Universitatis
JOACHIMUS SCHNOBELIUS,
 J U. D. & Professor
Ad Exequias,
 Quæ
MATRONÆ HONESTISSIMÆ
ANNÆ TACREBÆ
 D N. JOACHIMI Schlorffs / Civis
 quondam & Cerevisiarij hujus urbis præ-
 cipui relictæ Viduæ,
Hodie in templo Mariano
parabuntur,

Omnes omnium ordinum Cives
 Academicos perhumaniter
 invitati.



ROSTOCHII,
 Typis NICOLAI KILI, Acad. Typ. Anno 1649.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOACHIMUS SCHNOBELIUS,
J. U. D. & Professor.



HEOPHRASTUS, utilocupletissimus autor est Cicero, moriens accusasse Naturam dicitur, quod cervis & cornicibus diuturnam, hominibus, vero tam exigua vitam dedisset.

Querelâ hâc etiam Poëtæ usi sunt, veluti Pedo in obitum Mecænatis illius Musa getæ:

Redditur arboribus florens reviventibus atas:

Ergo non homini, quod fuit ante, manet?

Vivacesq; magis cervos decet esse parentes,

Si quorum torvâ cornua fronte rigent?

Vivere cornices multos dicuntur in annos:

Cur nos angustâ conditione sumus?

Sed quanti hæc sit querela, Sallustius ostendit, qui falsò queri de natura suâ genus humanum inquit, quod imbecilla sit & brevis ævi, magisq; naturæ industriam hominum, quam vim aut tempus deesse, ac à multis tum, ubi per socordiam vires, tempus, ingenium defluxere, naturam stultè accusari.

Et

Et sanè qui Theophrasti querelam apud Cicero-
nem rectè inspicit, illum solà discendi & perfectio-
nem Doctrinæ consequendi cupiditatevitam ho-
minis longiorem desiderasse apparet. Cui & maxi-
mi Medicorum exclamatio, vitam brevem, Artem
longam esse, penitus consentit. Cæterū qui vitam
absq; tali quadam aut simili caussa prorogari po-
stulat, quid ille aliud, quām curas, solicitudines,
ærumnas, molestias, morbos & infinita alia velut
vinculo indissolubili eidem connexa mala voto
suo produci petit? Ita enim in vita ubiq; agitur,
Ut mala sint subtexta bonis ---- & nulli tam
optabilis rerum secundarum contigerit cursus,
qui mæroribus & calamitatibus subinde non fue-
rit interpellatus. Quin & omnia ista bona, quæ nos
fucatà & fallaci quadam specie delectant, ad quæ
generis humani cupiditas obstupescit, & à quibus
Beati & felices passim prædicari solent, cum cura
possidentur, cum invidiâ conspiciuntur, non sine
turbis, rixis & inimicitiis defenduntur; adeoq; al-
tiùs veritatem intuenti omnis vita cruciatus aliquis
est, ac tormentum. In hanc enim, ut elegantissimè
Seneca, velut in profundum inquietumq; projecti
mare, alternis æstib⁹ reciprocum, & modò allevans
nos subitis incrementis, modò majoribus damnis
deserens assidueq; jactans, nunquam stabili consi-

A 2

stimus

stimus loco : pendemus & fluctuamur , & alter in
alterum illidimur , & aliquando naufragium faci-
mus , semper timemus . In hoc verò tam procello-
so , & in omnes tempestates exposito mari navi-
gantibus nullus portus , nisi M O R T I S est , quam
& alicubi Tullius portum malorum & perfugium
ærumnosæ vitæ : C. Cæsar. apud Sallustium , re-
quiem ærumnarum in luctu atq; miseriis , qua cun-
cta mortalium mala dissolvantur , censuit . Verè
autem ærumnarum & calamitatum finis est illis ,
qui Christi fiduciâ freti pelagus hoc vitæ emensi &
in illum toto pectore defixi vela sua complice-
runt & portum hunc invecti sunt . Hi enim tandem
ab omni metu , periculo , doloribus & angustiis re-
quiescunt & nil nisi dulcedinem & mentis oblecta-
tionem persentiscunt .

Hunc terrenæ jactationis & ærumnarum por-
tum ac finē etiam pronuper consecuta est fœmina
pietate & virtutum ornamentis conspicua ANNA
Tacken / viri probi & integerrimi Dn. JO ACHI-
MI Schlorffes Civis quondam & Cerevisiarii hu-
jus urbis primarii , nec non Templo Jacobæo inter
alios præfecti fidelissimi relicta Vidua , cui hodie
exequiæ parantur .

Edita autem in hanc lucem fuit die VII. Aprilis ,
qui tunc feria Paschatos erat secunda , anno seculi
supe-

superioris octogesimo octavo ex parentibus ho-
noratissimis. Siquidem Pater ejus Dn. MARCUS
Tancke prudentiâ & eruditione suâ meritus est; ut
in amplissimum Senatorum ordinem legeretur, &
paullò post Patrum conscriptorum suffragiis ad
Consularem prorehetretur dignitatem, quam &
diutiùs (Senior enim & primus Consulum factus)
ita prudenter sustinuit, ut hodieq; meritorum ejus
memoria apud gratam posteritatem conservetur.
Cùm enim eo tempore bellica tempestas per to-
tam provinciam Megapolensem desæviens & hanc
cæpisset premere & infestare Rempub., clavum ejus
pro suâ virili cum cæteris Collegis ita rexit, ne vel
ad scopulos impacta vel fluctibus obruta dissolve-
retur Matre procreata est AGNETA Brete-
manns/ fœmina honestissima. Avus Paternus ei-
fuit Hans Tancke civis hujus urbis primarius; Avia
Paterna Margreta von Hervorden ex antiquâ Her-
vordiorum prosapiâ oriunda. Avus & Avia proge-
niei maternæ fuerunt Hans Greteman Civis inter-
præciuos & Cerevisiarius, & Margreta Gerdes
è Gerdesiorum familia satis celebri prognata. Hisce
majoribus ortam, & à se genitam filiam parentes
cùm Christiano cœtui per sacrum baptismum addi-
xissent, porrò in timore Domini ad optima quæq;
fideli adhortatione eduxerunt, quibus etiam in-

omnibus se præbuit morigeram. Postquam igitur
veluti flos septis in hortis secretus ad maturitatem
suam pervenit, adultam ætatem attigisset, studio
tamen pietatis, pudicitiae, castitatis & exercitio
laborum domesticorum, etiam obedientiâ Paren-
tibus præstâ satis innotuisset, à prædicto JO A-
CHIMO Schlorffen in matrimonium expetita,
eidemq; favente cœlo Anno hujus seculi quarto
die Junij vigesimo secundo solenni ritu conjun-
cta fuit. Cui matrimonio quamvis proles quidem
defuerit, concordia tamen perpes adfuit. Coluit
& amore complexa est maritum, prout decuit ta-
li prosapia prognatam & pietate vera præditam.
Matronam, ejusq; fructum fidem scilicet & amo-
rem mariti mutuum est experta. Dissolutâ verò
per illius mortem, quæ Anno 1646. contigit, hac
conjugii copulâ cùm in molestias viduitatis con-
jecta esset, eas ita tulit, ut nunquam à statu piæ
tranquillæq; in DEO mentis discederet, aut sorti
præsenti vel potius DEO obmurmuraret. Non du-
biū autem est, quin amissō thalami socio in pro-
celloso vitæ hujus pelago ad portum æternæ tran-
quillitatis calidis suspiriis subinde anhelarit, & quâ
fuit pietate, ilud matris D. Augustini, Ebolemus
hinc, vel etiam Paulinum, cupio dissolvi & esse
cum Christo sposo meo & certissimo & constan-
tissimo

tissimo s^epissime exclamaverit. Subscripta
dem huic voto ille, qui vitæ mortisq; est arbiter,
&, ut variis vitæ huic casibus subducimur, ita
Schlorffæ nostræ iste contigit, ut cùm die XX.
mensis præcedentis officium Pietatis sororem in-
visendo præstisset, ac jam domum rediret in via
tam graviter ceciderit, ut casu illo sinistrum femur
luxatum & sede suâ fuerit dimotū. Magnitudinem
doloris & infirmitatem corporis inde ortam paulo
post superveniens Hemiplexia adauxit. Sic igi-
tur vi duplicis malis constricta & superata die men-
sis hujus XVII. in Christo Servatore suo piè pla-
cideq; obdormivit. Felix jam prædicanda, quod
in portum vitæ melioris invecta omnis expers tri-
stitia ac moeroris angelicas sine saturitate pascatur,
ambrosiâ & voluptate. Sed hoc quidem quoad ani-
mam sine omni dubio ab Angelis in Paradisum &
sinum Abrahæ delatam: Corpus vero terræ nunc
in spem futuræ resurrectionis est mandandum,
idq; justa exequiarum solennitate. Quam ut
frequenti vestra præsentia & comitatu, Cives
Academici, exornetis & conspectiorem reddati-
s non solum ipsa ratio humanæ fortis, sed & vir-
tus ac Pietas defunctæ, familiarum item insignium,
ex quibus defuncta nostra ortū ducit, splendor, im-

Lex

Lex illa Charitatis suprema, quâ quod nobis &
nostris quondam fieri præstariq; desideramus,
id aliis præstare obstringimur, à vobis expōscit.
Ut autem eò lubentius officium hoc humanitatis
& benevolentiae exequamini, eumq; in finem in-
templum Jacobæum frequentes confluatis, eâ,
qua par est humanitate & diligentia insuper vos
rogo ac moneo. P. P. Rostochii X XI.

Martii Anno M. DC. X L I X.

Conventus fiet in æde Jacobæa,
horâ primâ.



XI



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776806653/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776806653/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776806653/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776806653/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776806653/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776806653/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776806653/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776806653/phys_0016)

DFG

tissimo s̄apissimè exclamaverem
dem huic voto ille, qui vitæ
& , uti variis vitæ huic casib⁹
Schlorffæ nostræ iste contigit
mensis præcedentis officium I
visendo præstisset, ac jam do
tam graviter ceciderit, ut casu
luxatum & sede suâ fuerit dimi
doloris & infirmitatem corpo
lò post superveniens Hemiple
tur vi duplicitis malo constricta &
sis hujus XVII. in Christo Se
cideq; obdormivit. Felix jan
in portum vitæ melioris inve
stitia ac mœromis angelicasine
ambrosiâ & voluptate. Sed hoc
mam sine omni dubio ab Ang
sinum Abrahæ delatam: Corp
in spem futuræ resurrectionis
idq; justa exequiarum solenni
frequent vestra præsentia &
Academici, exornetis & con
tis non solùm ipsa ratio humani
tus ac Pietas defunctæ, familiaru
ex quibus defuncta nostra ortu



the scale towards document

cripsit tan
est arbiter,
mur, ita
n die X X.
rorem in
iret in via
um femur
itudinem
rtam paul
it. Sic igi
a die men
o piè pla
nda, quod
expers tri
pascatur
uo ad ani
adisum &
rræ nunc
andum,
Quam ut
u, Cives
n redda
ed & vir
signum,
ndor, imò

Lex